De diffinicionibus sentenciarum Ca. lxv

De qua sentencia prius requiritur hec per diffiniri debet
ambo hic est actor et ille super quem requiritur debet
est sive reus possunt habere collegiata pro qualibet causa tribus respondens
vicibus quousque eos preco revocet

De iudicio et locucione viri Caplm lxvi

In omni foro iuris est ut iudex indicet apta voce cum sen-
tenciis. Apta voce vir non loquatur coram iudicio pro qua
prolocutorem habuerit nisi cum iudex requisierit si in foro con-
tenciat seu advocati bene dicere si se aut non se aut desuper
petere colloquium

De fideiussoria promissione Ca. lxvii

Si homo fideiussor pro delicto aut pro pena fuerit et
moritur si pueri aut sui heredes non tenentur pro solucione
Si vir pro pena fideiussor fuerit, fideiussorem penam solvere
oportet solum aut placare quod penam et nichil aliter persoluta

De viro qui fustibus aut baculis percussus fuerit Capitulum lxviii

Si vir cum fustibus aut baculis percussus
fuerit supra dorsum aut supra ventrem aut verbera fuerint
aut flamea fuerint aut inflata Si de hoc super iudicem probare hoc
poterit aut homines qui hoc viderunt et audierunt ipse enim du-
ellum prius est super eos acquirere quam ipsi eum evadere possunt
suo iure Si in autem super caput aut brachia percussus fuerit quod al-
teri ostendere non possit sed homines melius ostendere possunt quam
ipse super eos probare possit suo iure Si in autem fatentur quivis
admittit emendam et iudex acquirat suam penam Vulnera aut ulcera
mortalia fuerint iudicare tenentur cum duello qui pro iudicialis
fuerint impulsati Si in autem mortalia non fuerint iudicabit primus
cum duello et alii iudicabunt absque duello quod ipsi evadunt suo iuramento

De hereditate quod mortuo duo permanet et sine successore Caplm lxix

Si hereditas mor-
tuorum absque heredibus inventa seu recepta fuerit ita quod nullus
se ad hanc trahet infra annum et diem hec iniquit cedit re-
gie maiestati nisi legale impedimentum impedierit

De viro qui occisus fuerit et pueros habuit duos aut plures Capitulum lxx

Quod si vir qui pueros duos vel tres habuit occisus fue-
rit Et si vir unus pro iudicialis fuerit impulsatus
et occiserit ut ius dictaverit Et si super eum querimonia et
vera satisfactio facta fuerit nec tenebit nec debet ab aliis pue-
ris impeti sive pro eodem homicidio inquietari

De viro qui alterum coram iudicio iurare debuerit Ca lxxi

Si vir alteri alterum gravamen iudicio debet inrac hic bene potest
supponere et deponere absque licencia iudicis per hoc non amittit

De arestatione equorum Capitulum lxxij

Si quis arestat equum et dicat quod sibi aliquis subtraxerit
aut subtractus fuerit aut eo sit spoliatus ad hoc se trahere
debet ut iuris est Et tunc ille bene ad suum venditorem se trahere
potest et venditorem nominare debet super quem se traxerit et in-
trare debet tacto sacramento quod ad verum se trahat venditorem
convenitque sibi nominaverit ipsum pergere debet Non autem ipsi sequi
debet ultra mare aquilonis Et si sibi descriptus fuerit et ventus
per se habuerit evidentem ut possit venditorem hic non poterit ut se
coram iudicio iactavit iactabunt Et tunc sibi fideiussorie satis-
dicit et diem nominare qua debeat ibi premere bene dicit descrierit qui
equum in foro emit vel libero emerit Et tunc suam pecuniam quam
pro eodem equo dedit integraliter amittit et illi suum equum reddere
oportet et nullam penam pro eo amittit

De pena iudicis et hereditate Capitulum lxxiij

Quando iudex suam penam extorquet ultimus nec aliquid
super hunc penam potest extorquere Et si bona vir iudicialiter
allegantur ut iuris est vel hereditatem pro eo non indiget iudicia-
dare quemquam cum hoc sibi iusticiam tenetur tenetur Si homo   Nonc
suam querelam sua bene prosequitur et si per bonum pacis medio tempore
concordatum fuerit pro eo non plus amittit quam iudex acquirerit
suam penam

De viro qui vulneratus fuerit aut percussus et querulare noluerit Capitulum lxxiiij

Si vir vulneratus aut truncatus fuerit et conqueri noluerit
iudex ipsum non potest compellere ad aliquam querimoniam
per et ultra suam voluntatem

De bonis illius qui ad mortem condempnatur Clero

Si vir descriptus fuerit et ad pe-
nam mortis iudicatus fuerit sua bona heredibus recipere quam
sui veri heredes

De viro qui pueros habet et moritur et bona habuerit nulli donata Capitulum lxxvi

Quando vir moritur qui pueros habeat Et si bona nulli
donata habuerit sibi succedunt pueri si equalis nature
sibi fuerint Et si ex hiis pueris unus decesserit mater sibi
in sua parte succedit Et mater cum hiis bonis nichil potest facere
absque heredum consensu seu voluntate

De etate puerorum qui tutores eligere possunt Capitulum lxxvij

Quando puer duodecim annorum